

ductus, diem dixit tertiam Magistro, quā coram tribunali Dei compareret. Citatus verò ille miserū nihilominus decollavit. Tertia nocte subsequente, ille subitaneo se & gravi morbo tentari sentit: domesticos itaque & amicos compellans: Orate pro me, inquit, discessum meum jam tūm sentio: Adest hora; in jus DEI ambulo. Et cum dicto exspiravit.

Dedi supra duos Pontifices Clementē V. & Innocentiū IV. ad hoc tribunal citatos, Tertium Iulium addo, non reum, sed actorē in hoc quidem iudicio. Is cum per Legatos apud Henricum II. Regē Galliarū testat<sup>9</sup> esset, Deū injuriæ fore ultorē, ad eumq<sup>3</sup> se provocare dixisset: Rex annuit, seq<sup>3</sup> pro tribunali DEI ad futurū spopōdit; ceterum certò se scire, pontificē vadimoniū deserturum.

11 Exemplū.  
Arnold.  
Clapmar.  
lib. I. de jure  
Imperii.

Tandem Germania nostra supra omnes regiones alias hac subtilissima superstitione hætenus polluta est, & utinam non hodieq<sup>3</sup> ea polluatur. In eā, Dux quidam Austriacus, cui Rudolpho nomen erat, nobilem quem non improbū oderat, comprehendi, culeo in sui, aquisq<sup>3</sup> mergi jusserat. Is jam de ponte præcipitand<sup>9</sup>, Principē ex fenestra suppliciiū prospectantē, intentā voce ita alloquitur: En, te ad inexorabile tribunal Dei justī, quod in valle Josaphat, evoco, ibi intra añum te siste, & cur me in fontē hanc lētā extingui morte tibi placuerit, causam ede. Cui Princeps: Præi, & sequar, inquit. Prope igitur finē deducto año, ejusq<sup>3</sup>

12 Exemplū  
Felix Mal-  
leolus de  
Consolat.  
iniquè op-  
pressorum.